

514 CAP. XXI. DE OBLIGATIONE FEUDALI

allodio solvendum, *Const. 46. P. II. ibique Carpz. D. 13.* Aut dos adhuc constituenda est, & tunc dotatio (sub qua sumtus nuptiales &c. Hochzeit- und Schmuck-Geld comprehenduntur) non nisi subsidiarium onus est, sicut & educatio filiarum. *Neue Gerichts-Ordnung. Tit. 45. §. Es trågt sich auch oft zu. Carpz. P. II. C. 46. D. 16.* Quod subsidiarium onus ita feudo inhæret, ut cum eo ad quemlibet transeat possessorem, & filiae omnibus fratum creditoribus eo nomine præferantur. *dict. §. Es trågt &c.* Præferre etiam vult patriis creditoribus *Carpzov. de Onere vasalli Decad. 3. Pos. 8. in fine.* Sed id merito in dubium vocat *B. Zieg. & Martini ad d. §. ob L. 8. §. 9. ff. de inoff. test. L. 60. L. 69. §. 4. L. 72. ff. de jure dot. Gail. I. Obs. 119. num. 15.* Utrum vero hypotheca tacita filiabus concessa? iterum merito dubitaveris. *Dn. Lynck. ad Struv. Cap. IX. §. 17. n. 2.* De Ducatu Magdeburgico vid. *Ord. Pol. Cap. VIII. §. 36.* Quanta dos filiabus constituenda sit, ex arbitrio domini, si partes convenire non possint, pendet: quia in re tum ad dignitatem patris, tum ad liberorum numerum, tum ad conditionem feudi, similiaque respiciendum est. *Struv. Cap. XIV. §. 17. Stryk. de Success. ab intest. Disp. 8. Cap. 10. §. 27.* In Principum aliisque illustribus familiis pacta familiaria hac de re saepe disponunt, de quibus vid. *Mylerus ab Ehrenbach. in Gamologia.* Dos filiabus non aliter debetur regulariter, quam si nubant. *L. 23. 21. ff. de Jure dotium.* Hinc si non nupserint, feudi hoc lucrum est. *L. 7. §. 3. L. 41. §. 1. L. 48. de Jure dot. L. 4. §. 2. ff. de Pact. L. 6. pr. §. 1. L. 9. de Cond. causa data causa non fecuta.* Aliud tamen est, si dos loco legitimæ assignata. *Vid. Stryk. de Succ. ab intest. D. III. c. 2. §. 21.*

Quantitas ejus.

XIV. Ipso Long. jure in subsidium filiis ob animi, corporisve vitium ad succedendum inhabilibus ex feudo alimenta præstanta. II.F.6. §. Mutus. II.F. 26. Struv. Cap. XIV. §. 18. Vid. supr. C. XV. §. 12. Ord. Pol. Magdeb. Cap. VIII. §. 38. ex qua illud notari meretur, pro debito feudaliam simultanee investito, non vero a do-

*Alimenta
inhabilium.*

meretur, pro debito feudaliam simultanee investito, non vero a do-